UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Nucleus Practici Tractatus, De Legibus

Marchius, Ewald

Coloniæ Agrippinæ, 1660 [erschienen] 1661

§. 4. Describit peccati turpitudinem & vindictam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42256

Visual Library

(*n*) Non Horror ? Fœtor ? (*o*) Glacies! Niſi ? Grando ? Procellæ ?
(*p*) Immenſum Frigus ? (*q*) Fumus cum ſulphure mixtus ? *r* Perpetuus clamor? *ſ* ſtridor ? *t* Gemitusque ? Dolorque ?
Queis eheu pœnis, Peccans ſe ſubjicit omnis
u Ni modò pœniteat, commiſſaque crimina plangat,
x Et totum reddat quidquid poſſedit inique,
Hæ ſi non moveant cordis tua viſcera pœnæ
In vitá, moriens has claro lumine cernes.

n *Iob.* 10. o *Pſal*: 148. p *Pſal.* 147. q *Apoc.* 19. 20. & 21 r *Matth.* 8 & 13. ſ *Sap.* 5 t *Luca* 13 u *Luca* 3 x *Luca* 19.

§. IV.

Deſcribit peccati turpitudinem, & vindictam.

De ore ejus lampades procedunt, ſicut tædæ ignis accenſæ, de naribus ejus procedit fumus, ſicut ollæ ſuccenſæ atque ferventis, halitus ejus prunas ardere facit, & flamma de ore ejus progreditur. *Iob.* 41. *v.* 11. 12. & 13.

TAm fera, tam turpis, tam trux, crudelis, & atrox
a Peccati eſt facies, oculi ut conſpecta per ictum

Hor-

a *Iſa.* 13.

Horribilis viſu, totum conſumeret orbem.
b Diluvij hoc monſtrum, mundum quod perdidit undis.
c Impuram Sodomam ſubvertit, & igne Gomorrham?
d Luciferum Sociosque mali ſub tartara miſit.
e Adamum pariter, dejecit ſorte beatâ
f Ac toti mundo, præcluſit limina Cœli,
Millia quid memorem, quæ abſumpſit ſquallor eremi.
g Quid terrâ abſorptos vivos Core, Dathan, Abiron?
h Ipſum cerno Dei Gnatum, deſcendere cœlo,
i Peccati ut proprio, mundaret ſanguine ſordes,
k Et virus mortis, victrici morte fugaret.
l Hinc fuge peccatum rabido cane pejus & angue:
m Hi corpus lacerant, illud deducit ad ignem

b *Gen.* 7. c *Gen.* 19. d *Iſa.* 14 Apoc 12. e Gen. 3 f 1 *Corinth.* 11 g *fuerunt ſexcenta millia virorum, educentium gladios, exceptis parvulis & mulieribus* Exo. 12. *Qui omnes morti addicti ſunt, excepto Ioſue & Caleb* Num. 14. & 16. h Numer. 16 *Pſal.* 105 i *Luca* 1. k *Ioann.* 19. l *Ecc.* 21 m *Luca* 22.

a in quo nulla quies, miſeris ſpes nulla ſalutis.

§. 5.

Reprehendit prudentiam carnis.

Filii hujus ſæculi prudentiores Filiis lucis in generatione ſua ſunt. *Luca.* 16. *v.* 8.

LYnceus atque ſagax, in Mundi es rebus agendis.
b Prudenterque geris, quod ſæcli poſtulat uſus,
Nil tranſire ſinis, tibi quod prodeſſe putabis.
Omnia ſcrutaris, nulla intentata relinquis,
Ut loculos repleas, habeas vel commoda rerum.
c Sed ſtupidus, ſimplex, ac talpâ cæcior ipsâ.
d Quando animæ curanda ſalus, manſura per ævum
Sic miſerum fallit, nimia hæc prudentia carnis,
e Quam fugit, ut peſtem, Sapientia Cœlica Chriſti,
Quæ ſola eſt melior, quam tota ſcientia Mundi.

§. 6.

a *Matth.* 25. b *Luca* 16. c *Matt.* 24. d *Rom.* 8. e *Matth.* 6.